

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.CollectionBoite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0383

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

quia metus, ne subsidia comminuantur, ab usu eorum prohibet, mox ad maxime ridiculam stultitiam ac fere semper ad praefixum scopum minime attingendum deducit.

Pravus nisus libertatis externae quasi complexio est omnium cupiditatum singularum, quibus latior illius fluxus expletionem indiget. Secundum spatia diversa, quae jus libertati externae aperit, haec diversas finit directiones apparetque tamquam nisus honoris, potentiae, bonorum, atque in omnibus his rebus singulis maxime potest efferri. Sublata agnitio cohibitionis necessariae hic, uti in cunctis casibus singulis, deceptione intercedente transitum nisus in affectum constituit. Cuius transitus sequelae, si amplius disseminantur, interribili cernuntur omnium rerum perturbatione, quae salutem uniuscujusque in ruinam generalem abripit. Si positivae cupiditatum ostentationes constante ordine sociali nonnisi sparsim procedere queunt, earum energia tanto magis directione negativa expediatur, quare rejecta ambitio, avaritia et dominandi cupido in invidia, odio et oleiscendi cupidine vivere pergit, namque egoismus quoque tempore directam petit morales regiminis mundi eversionem, quum per jura aliorum se erotius circumscriptum videat. (1)

Hoc negationis studium nostra fuit aetate et qui illud non animadvertit, is hanc tempestatem non dispiciet. Cum illo igitur de fructu omnium ingenii conten-

(1) Ideler l. c. T. I. p. 579.

tionum quo nos privaturum est, conflictandum; quaeque res adversa, quam nos tamquam infortunium conquerimur daemonicum, ab isto studio proficiscitur; idem frena quasi equorum dilacerat eosque in sua spatia exitiosa trajicit (1).

Ista igitur ex egoismo oriunda elementa, per societatem dispersa, individua ad morbum nostrum dispositionem exhibebant, et pro praeponderantia vel majore vel minore diversis in locis speciem mali plane diversam proferebant. Formae quidem morbi in singulis semper sunt commune productum individualitatis educatione, vivendi ratione et consuetudine conformatae, atque ideae in tempore dominantis, quae quod omnibus commune producit (2). Haec cogitandi agendique communitas aemulatione provocatur. In hac quidem si omnia cultus hominum principia sita sunt; si eadem quasi mentalem hominis ortum repraesentat, mores omnes procreat et suslinet, eoque omnes nisus potest temperare et egoismum postulatis totalitatis applicare; si illa plerisque hominibus terminos praefigit, intra quos actio atque cogitatio versari potest, neque unquam libere eos sese movere sinit: potentia paene infinita, quam aemulatio in singulos eoque in totalitatem exercet, nobis ostendit, quanta pericula

(1) K. Werder, Rede zur Feier des Stiftungstages des Friedrich-Wilhelms-Instituts. 1849. p. 20.

(2) R. Leubuscher, der Wahnsinn in den vier letzten Jahrhunderten nach dem Französischen des Calmeil. Halle 1848 introduct.

